

Boletín de la Sociedad Arqueológica Luliana

PALMA.—SEPTIEMBRE DE 1904.

SUMARIO

I. Desventuras doméstiques del Infant En Ferrand de Mallorca. (*Comensament.*)

II. La nostra Arqueología literaria.—Comentaris y notes bibliográfiques, per *D. M. Obrador y Benassar*: II. La nova cátedra de Literatura Catalana, y les 8 conferencies del Dr. Rubió, a l'Ateneu Barcelonès.—III. De com va fundarse a Paris la *Société des Anciens Textes français*.

III. Mostres de lous possats per la redenció de catus cristians, per *D. E. Aguiló*.

DESVENTURES DOMESTIQUES

DEL INFANT

EN FERRAND DE MALLORCA

El document que a continuació transcrivim, no es absolutament desconegut ni inèdit. El va trobar el Comte de Mas-Latrie a la Biblioteca de Sainte Geneviève, de Paris, y l'insertá com un dels més curiosos justificants en la seua *Histoire de l'île de Chypresous le regne des princes de la maison de Lusignan*, publicada en aquella ciutat, pe'ls anys 1852-61.

D'aquest llibre—no molt comú ja desde'l principi y avuy fet raro y malet d'acquirir,—pot esser molt bé que no n'hi haja cap exemplar ni un, a Mallorca. Y així s'explica qu'un document tant curiós com el que n'havem tret y tan interessant per l'història de la nostra Casa Real mallorquina, haja passat inadvertit fins ara, fins y tot a investigadors de les nostres coses passades, tan diligents com En Campaner y En Quadrado. Basta això per justificar el nostre desitj de ferlo més conegut y de tenirlo sempre guardat y a la mà, damunt aquestes planes.

Les notes y comentaris explicatius ab que l'illustrá l'erudició del seu editor, tan competent en lo que pertoca als temps mitjvals, li afigen encara més interés y importància.—N. DE LA R.

Año XX.—Tomo X.—Número 294.

MÉMOIRE confidentiel adressé par l'infant Fernand de Majorque, II du nom, a don Jayme II roi de Majorque son frère, sur les sévices dont il était l'objet de la part du roi de Chypre, son beau pere.—Paris, 'Biblioth. St.^a Geneviève, carton IV n.^o 12, ancien carton L. (*)

SERENISSIMO principi domino regi Majoricarum presentes articuli perpetrati per dominum regem Chipri contra inclitum dominum infantem Ferrandum de Majoricis humilem fratrem suum dentur.

(*) J'imprime en entier ce long et précieux document, qui me paraît être, à n'en pas douter, l'original même du libelle envoyé secrètement de Chypre à Majorque par l'infant Fernand, vers la fin du mois de mai 1342. Il forme un cahier de quatorze folios paginés, comprenant une liste des rubriques mise en tête du libelle, et que je ne reproduis pas. La mémoire est écrite sur du papier de coton oriental, des fabriques de Chypre ou d'Égypte. (Une feuille de papier semblable, conservée parmi les titres de la maison de Bourbon, aux Archives nationales, sect. dom. reg. P. 1364, cote 1362, porte un bordereau de compte de la secrète de Nicossie, que je donnerai sous le règne de Jacques I.^{er}) Le cahier contenant la mémoire de l'infant était plié en deux dans sa largeur, et scellé d'un lac que l'on avait fait traverser, pour plus de sécurité, en deux endroits dans l'épaisseur du papier. Sur le plat de dessus sont écrits les mots *Serenissimo principi domino regi Majoricarum*, etc., renfermant la prière instante d'ensevelir ces plaintes dans le plus grand secret, recommandation dont on comprendra l'intérêt en parcourant la longue énumération des outrages que dévorait le prince Fernand à la cour de Nicosie. Au revers se trouve cette note postérieure, écrite probablement par l'archiviste de la Couronne d'Aragon, à Barcelone, où furent transportées les archives de Don Jayme, après la conquête des Baléares par Don Pedro IV: «Hic continentur articuli de hiis, que fecit rex Chipri infanti Ferrando fratri domini Jacobi regis Majoricarum».

Quos ipsos velitis tenere in loco secreto ex causa, et quod non possint venire ad aures alicujus de mando, cum esset periculum ipsius domini infantis et desolatio totius familie sue, plusquam litteris explicari possent.

Infans de Majorica humilis frater vester Ferrandus (1).

1340

Sequuntur capitula continentia gravantias et vituperia facta inclito domino infanti Ferrando de Majoricis per inclitum dominum Hugonem de Lesinhanano, Jerusalem et Chipri regem, sub anno Domini millesimo trecentesimo quadagesimo.

1.^o Primo dictus dominus rex assignavit triginta milia besantios pro dote inclite domine Eschive, filie dicti domini regis et uxoris dicti domini infantis, annuatim et heredibus suis, et istud factum fuit facta adhuc tantum subbarratione (2). Concessit etiam tunc ad instantiam ipsius

ricarum. Item informations super ejus morte. Item qualiter rex Majoricarum qui decessit anno M CCC xlix (Don Jayme II, frère de Fernand II,) habebat jus in principatu Acharie (du chef de Fernand 1.^{er}), prout scripsit dominus Jacobus de Cosenciis de Urbe, clericus procurator in Romana curia, canonicus Patracensis et Ebredunensis, qui est infra scriptus. Fuit extractus de caxia B., de caxeola prima, de quodam molono sub tali signo Θ .

Nous n'avons, comme l'on voit, dans le mémoire du mois de mai 1342, que la première pièce de la liasse ou *molonus*, désignée sous ce dernier signe. Il serait bien difficile de savoir par suite de quelles circonstances ce mémoire expédié de Chypre à Majorque, est passé des archives de Barcelone aux archives de l'ancienne abbaye de Sainte Geneviève de Paris.

(1) Les deux dernières phrases semblent avoir été écrites sous la dictée de l'infant. Dans le reste du mémoire, Fernand ne parle de lui-même qu'à la troisième personne; mais le secrétaire chargé de la rédaction paraît avoir eu à sa disposition des notes écrites en français par le prince lui-même, et il en a conservé quelquefois des passages textuels (Voy. les §§ xxviii.^o, Liiij.^o) Ailleurs on remarque que le secrétaire, qui dut faire son travail assez précipitamment, après avoir traduit littéralement une rédaction où Fernand parlait à la première personne, efface le commencement de sa phrase pour la remettre à l'impersonnel. Au § ix.^o, par exemple, il avait écrit ces mots: «Tunc nos post comescionem;» il les efface ensuite, et les remplace par ceux-ci: «Tunc ipse dominus infans post comescionem.»

(2) On conservait autrefois, à la chambre des comptes, quelques pièces relatives à ce mariage; mais nous voyons ici qu'il n'y en a pas en réalité avant la célébration, et seulement après données.

domini infantis dictam dotem facere assignari super aliquibus casalibus; et cum non potuerit istud tunc exsequi propter festum nuptiarum quod eminebat de proximo, fuit prorogatum usque post festum predictum. Et tunc requisibus frequenter per ipsum dominum infantem, noluit facere, quod videbatur vituperium ipsius. Tamen, post magnum tempus, fecit dicto domino infanti tradere aliqua nomina casalium, computando redditus secundum quod volebant de dicta dote singulariter. Tamen nominavit sibi unum casale quod est juxta Nicosiam, et concessit modo predicto quod iret ad vivendum eum et probaret si delectaretur vel placeret sibi, et faceret sibi assignari omnino. Idem dominus infans ivit cum domino comite Jaffensi (1) ad vivendum dictum casale, et placuit sibi, et ita dixit domino regi et rogavit instanter quod faceret sibi assignari. Quod minime idem dominus rex voluit facere, sed duxit ipsum per verba. Omnino satis aparet quod hoc faciebat in derisionem suam et vituperium, ut predictur.

ij. Item anno quo supra, marescallus Chipri, vocatus dominus Baudoinus de Noris (2), promissit dicto domini infanti ex parte dicti domini regis, quod quolibet anno, preter dictam dotem, idem dominus rex daret sibi pro sustentatione sua et familiarium suorum annuatim duo milia florenorum auri et duo milia modia annone et duo milia modia ordei et duo milia metretas (3) vini. Et licet predicta fecerit primo anno de peyori quod habebat, et erat in magna necessitate, tamen, revoluto primo anno, et requisitus frequenter et cum magna instancia per ipsum dominum infantem, respondit dictus dominus rex in scriptis, quod non daret unum obolum nec faceret aliquam gratiam de mundo sibi nisi quantum se extendebat dos filie sue; et sicut dixit, ita et de facto observavit et pejus.

iiij. Item anno quo supra, cum predicta dos dicte domine filie sue et uxoris ipsius domini in-

(1) Hugues d' Ibelin, comte de Jaffa et d'Ascalon. Il avait épousé la mère de l'infant de Majorque, Isabelle d' Ibelin, sa cousine, restée veuve, à l'âge de seize ans, de Fernand de Majorque, prince de Morée, père de l'infant. Voy. Muntaner Chron. p. 513, éd Buchon. Zurita, Annal. de Aragon, libr. VI.

(2) Baudouin de Norès est probablement le maréchal de Chypre tué sous les murs de Smyrne en 1345 (Jean Villani, Chron. apud Muratori, Scrip. Ital. tom. XIII col. 318).

(3) La mesure de capacité pour les liquides, dont on se servait en Chypre était le *mètre*. Elle se divisait en quarterons et en fioles (Voy. Pegolotti, Della Mercat). — Il est probable que la metreta était une petite mesure relativement au mètre ordinaire.

fantis assignata sit in secreta regis, et promississet dari per tres solutiones in anno, et contra istud tamen minime tenuit nec tenet; ymo transiebat assignatus terminus in tantum quod frequenter ipse dominus infans erat in magna penuria et necessitate, cum non habebat aliquid hinc in partibus istis.

iiij. Item anno quo supra cum dictus dominus rex ad intercessionem ipsius domini infantis fecisset aliquas gratias aliquibus, postea in vituperium suum idem dominus rex eas revocabat, ut pote de logia (1) catalanorum Famaguste, et de duobus religiosis quos acceperat in capellanos et de domo sua, postea in vituperium ipsius domini infantis, ut predicatur, et sine omni causa ejessit de domo sua; ita quod videtur, quod non dubitat, salvo suo honore, ledere conscientiam suam ut posset ipsum dominum infantem vituperare.

v. Item anno quo supra, cum dictus dominus rex mutuasset dicto domino infanti duo milia florenorum auri pro naulo navis, (2) idem dominus rex voluit eosdem recuperare de prima solutione, non obstante penuria quam sustinebat et arctam necessitatem propter multas gentes tam milites quam alias qui venerant propter servitium et honorem ipsius domini infantis.

vj. Item anno quo supra, facta celebratione matrimonii dicti domini infantis, per aliquos dies persuasit dictus dominus infans dicte domine uxori sue quod placeret sibi confiteri fratribus minoribus, et istud concessit quod faceret. Et promissit et vovit, cum dictus dominus rex semper sibi dixerat et dicebat cotidie, et ante celebrationem matrimonii et post, quod omnino deberet facere voluntatem dicti domini infantis et obedire sibi, si volebat habere benedictionem suam, aliter turbaretur. Et hec fecit frequenter, ut eidem domino infanti multosciens retulit dominus rex antedictus; et non tantum eidem domino infanti, ymo etiam multis aliis dixit, scilicet consanguineis et familiaribus ipsius domini infantis, in speciali nominando et mencionem faciendo de ipsa confessione, dicendo quod non displiceret sibi si filia sua confiteretur cuicumque vellet vir suus. Set post aliquot tempus, dictus dominus rex seductus, incepit minari et injuriare fortiter filie sue et turbari de ipsa confessione et sibi mala dicere et multa vituperia facere. Propter

(1) La maison commune, où se réunissaient les marchands catalans.

(2) Pour le nolis du navire qui avait sans doute conduit l'infant en Chypre.

hec adjessit minari quod si ipse posset scire quod aliquis frater minor audiret eam in confessione, quod malus annus veniret sibi et faceret justiciam de eodem, taliter quod omnes ejusdem ordinis scentirent quomodo displicebat sibi. Et hoc fecit frequenter. Et quoscienscumque poterat habere opportunitatem loquendi dicte filie sue, immediate veniebat ad verba illa, et tot mala egrediebantur de ore suo, maledicendo filiam suam et ordinem minorum nec non reginam Cecilie (1) et dominum Philipum (2) de Majoricis, avunculum ipsius domini infantis, vocando eosdem paterinos et ipsam filiam suam uxoremque domini infantis mecus (3), quare volebat confiteri fratribus minoribus. Tandem tot et tanta turpissima et inhonesta, contumeliosa et diffamatoria verba dictus dominus rex dicebat quod erat turpissimum audire. Ita quod nullathenus fuit ausa confiteri per magnum tempus secrete nec publice, licet fuerit in periculo mortis, quare tunc erat gravida et iverat ad visitandum amitam suam (4) que tunc pepererat in quodam casali quod vocatur Calota (5) juxta Famagostam. Et cum pervenisset ad dictum locum per ij. vel iij. dies fecit dicta domina abortivum, quod fuit majus periculum quam si peperisset secundum cursum suum nature. Ita quod etiam, istis existentibus, non

(1) Sancie, reine de Sicile ou de Naples, tante de l'infant. Cette princesse, fille de Jayme 1.^{er}, roi de Majorque, était sœur de don Philippe de Majorque, qui entra dans les ordres, et de Fernand 1.^{er} de Majorque, prince de Morée, père de l'infant Fernand II, de qui émane le présent mémoire. Sancie épousa Robert le Sage, roi de Naples, et mourut en 1345. Elle avait élevé son neveu Fernand et l'avait doté lors de son mariage avec la fille du roi de Chypre.

(2) Don Philippe de Majorque, oncle de l'infant Fernand II, gendre du roi de Chypre, fut trésorier de Saint Martin de Tours (Gallia crist. edit. sainte Marthe) t. IV pag. 617. Ou trouve dans les papiers de Baluze, a la Bibliothèque Nationale, une lettre de 1297, dans laquelle le roi Philippe la Bel prie le chapitre de Saint Martin de mettre, sans plus de retard don Philippe ou son procureur en possession de la trésorerie; et diverses pièces de 1307 a 1318, émanées du prince aragonais, investi dès lors de sa dignité ecclésiastique. Ces dernières sont datées de Paris, de Perpignan et de Montpellier. Baluze, Armoire III, p. 2 num 2, fol. 140 et 141.

(3) Pour moechus, que l'antiquité employait seulement au masculin. On trouvera plus loin des expressions non moins blessantes, mais qui n'ont rien de surprenant dans la bouche de Hugues IV prince violent et emporté.

(4) Probablement Isabelle de Lusignan sœur du roi Hugues IV, qui avait épousé Eudes de Dampierre, connétable de Jerusalem.

(5) Calota ou Colota. Ce village, aujourd'hui ruiné, se trouvait au nord de Famagouste, vers le Karpas.

fuit ausa confiteri quare secundum conscientiam non poterat nisi minoribus, nec ipsis propter timorem regis, quare secundum sapientem: *Ira regis nunciatus est mortis* (1). Et per Dei gratiam evasit mortem et iram patris licet cum magno remorsu consciencie.

vij. Item anno quo supra, quomodo de licentia dicti domini regis inclita dicta domina Eschiva, uxor dicti domini infantis, ibat ad modum gallicum, et quod placebat sibi filie sue misit litteram sigillo suo sigillatam; tamen ipse dominus rex in secreto, una cum inclita domina regina, clamabant et maledicebant ipsum dominum infantem et ejus uxorem antedictam et hoc genibus nudis et flexis in terra ante ymagine (2). Et hoc frequenter faciebant, licet non ostenderent exterius (3).

viii. Item anno quo supra, semel in quadagesima erat dictus dominus rex cum dicta domina regina et multis aliis nobilibus, et ipse dominus infans cum predicta domina uxore sua in Famagosta. Et transactis ibidem aliquibus diebus infra septimanam sanctam, accidit illis diebus quod uxor dicti domini infantis habuit devocionem eundi ad sanctam Claram, et hoc in die jovis sancta, ad audiendum missam et ad visitandum locum. Ita quod dictus dominus infans ivit ad regem et petit licentiam, quod placeret sibi ut dicta filia sua iret ad dictum monasterium Sancte Clare, et concessit graciosse sibi, dicens quod multum placebat sibi. Et cum ipse dominus infans ad hospicium suum redisset, retulit istud dicte uxori sue. Sine mora regina misit ad rogandum filiam suam et ipsum dominum infantem quod ipsa nullo modo iret ad predictum monasterium, quare dictus dominus rex erat valde turbatus; quia incontinenti cum ipse dominus infans recessisset ab eo, ipse dominus rex intravit ad reginam in camera, clamando et vociferando quod ipse movebatur quare dederat sibi licentiam pro filia sua ad eundem ad dictum monasterium, cum sorores Sancte Clare essent meretrices et male mulieres et paterine, dicendo ista et similia et multa mala de ipsis sororibus et fratribus minoribus (4). Et tunc, Deo permittente, momordit

(1) Proverb. X^vI, 14.

(2) Sans doute devant une image du Christ ou de la Sainte Vierge.

(3) Ce paragraphe est ainsi intitulé dans la table des rubriques: «Super induitione raube uxoris sue ad modum Gallicum.»

(4) La haine de Hugues IV contre son gendre s'étendait aux religieux Mineurs que l'enfant affection-

sibi linguam taliter quod sanguis emanavit usque ad terram, secundum quod relatam fuit eisdem domino infanti et ejus uxori. Et propter hec dicta uxor ipsius domini infantis cessavit ire ad dictum monasterium, dicto domino infante et uxore sua respondentibus dicte domine regine quod non intendebant in aliquo displicere domino regi, quare aliter non petivissent licentiam a dicto domino rege; ex quo ita erat quod displicebat ei quod non irent.

ix. Item anno quo supra, in Famagosta in die jovis sancta, quum (1) esset hospicium ipsius domini infantis juxta hospicium dicti domini regis, in tali dispositione quod per unum pontem ipse dominus infans cum uxore et familia veniebant ad hospicium regis et rediebant ad eorum hospicium; de hospicio autem regis itur ad fratres minores per quoddam hostium secretum, quare inter hospicium dicti domini regis et ipsos fratres predictos non est nisi paries in medio, sicut dominus rex Enricus, bone memorie, predecessor istius ordinaverat, et transiebat per dictum locum ad fratres minores de nocte et de die sicut Deus inspirabat sibi, habendo sic consolationes suas spirituales. Et iste dominus rex ludit ibi ad balistam, quando contingit ipsum fore ad ipsam civitatem, scilicet Famagostam, quare non est locum ibi ita sibi dispositum. Tunc ipse dominus infans post comestionem ivit ad mandatum (2) fratrum traseundo per dictum locum secretum, quare bene videbatur sibi quod non erat dies equitandi per villam ob reverentiam Dei et temporis. Et tunc dictus dominus rex dormiebat. Sed dum ipse dominus infans revertebat de dictis fratribus minoribus, invenit ipsum dominum regem in loco consueto predicto ludendo ad balistam cum aliis. Et cum audivit ipsum dominum infantem venire, ironice proje-

nait, et aux clarisses qui dépendaient de l'ordre de Saint François. Comme toutes les grandes institutions, les dominicains et les cordeliers ont eu de tout temps des amis et des adversaires passionnés; et l'on comprend d'autant mieux les mauvaises dispositions de Hugues IV contre ces derniers, que la famille royale de Chypre avait une dévotion particulière pour l'ordre de Saint Dominique. Aux calomnies odieuses du roi de Chypre on pourrait opposer le panégyrique du Dante, qui n'est que juste pour les deux ordres.

Dell'un diro; pero che d'amendue
Si dice, l'un pregiando, qual ch'uom prende,
Perche ad un fine fur l'opere sue.

Paradis. xi, 40.

(1) Il y a au Ms. *tamen*. Tout ce paragraphe, d'ailleurs plein de détails piquants, est d'une rédaction plus confuse encore que les autres.

(2) *Mandatum*, lavement des pieds du Jeudi saint.

cit balistam in terram, ascendendo valde velociter per quandam scalam que erat immediate post dictum hostium, per quam ascenditur ad cameram dicte domine regine. Et ipse dominus infans post eum ascendit. Ipse dominus rex festinanter intravit cameram suam et clausit post se cum clave, ita quod non potuit intrare ad eum. Set ipse dominus infans videns hoc, intravit ad dominam reginam et dixit sibi: Quid habet dominus rex, quare sic ascenderit? Et ipsa respondit quod turbatus ascenderit, dicendo quod isti fratres minores non permittebant eum ludere, quare permittebant intrare et transire per dictum locum mulieres et seculares. Recessit autem ipse dominus infans a domina regina, et ivit ad partem hospicii ubi rex morabatur, et stetit ibi cum militibus et aliis dominis juxta cameram ipsius spectantibus simul eundem regem quando exiret de gardaroba, ubi dicebant ipsum dormire. Post autem occasum solis, dictus dominus rex exivit cameram suam stando cum aliquibus quos invenit ibidem. Quidam autem nobilis venerat paululo ante, qui fuerat in madato fratrum predictorum et sermone eadem die, narrando ipsi domino regi que gesta erant ibi, et quomodo erat magna devotio audire et videre omnia illa. Et ipse respondit quod ista erant magne ypocrisie et fatuitates, et facientes talia faciebant magnam ypocrisiam et fatuitatem, et hoc presentibus multis et ipso domino infante et episcopo Famagoste et priore provinciali predictorum, aborrendo et deridendo ac vituperando illos qui talia faciebant et dictum mandatum. Verum nec ipse nec regina, nec aliquis de terra faciunt mandatum nisi soli religiosi; idcirco fuit eis multum singulare quare ipse dominus infans et uxor sua fecerant illa die.

x. Item anno quo supra, dictus dominus rex fecit prohibere portariis dicti domini infantis ut infra castrum regium minime essent ausi defferre massas. Et totum istud cedebat in magnum contemptum ipsius domini infantis et tocius generis sui. Accumulando etiam mala malis et vituperia vituperiis addendo, mandavit marescallo antedicto quod nullus de familia ipsius domini infantis, cujuscumque conditionis foret, portaret enses infra castrum suum; et sic mandavit marescallus antedictus.

xj. Item anno quo supra, mense junii, cum dictus dominus infans et ejus consors ivissent ad regem in castro suo de Nicossia, ad consolandum de morte cujusdam filie sue, dictus dominus rex, motus absque causa contra dictam comitissam

matrem dicti domini infantis, (1) dixit quod ipsa interfecerat cum facturis (2) filiam suam. Ecce quod dicebat, set nichil probabat. Et multa alia verba inhonesta et injuriosa sibi dixit, multis valentibus hominibus audientibus, que cedebant in immensum vituperium dicti domini infantis.

xij. Item in sequenti nocte, ipse dominus infans et dicta domina ejus consors, volentes remanere dictorum regis et regine in dicto castro Nicossie, parata fuit eis camera sicut prius, que erat juxta illam regis, ita quod non erat nisi unum hostium in medio. Et tunc dictum dominus rex precepit dicte domine regine quod clauderetur dictum hostium. Et ipsa respondit quod non oportebat eos dubitare de filiis eorum, et ipse asserebat contrarium, dicendo multa verba et inhonesta contra ipsum dominum infantem et ejus uxorem. Et post paululum venit una mulier cujusdam militis et dixit dicte domine Eschive consorti ipsius domini infantis, quod prevaleret quod recederent ex parte marescalli, dando pro bono consilio. Et tunc immediate accesserunt, (3) volentes propter bonum pacis locum dare et ire.

xiiij. Item anno qua supra, quando cum nobili Alosa, domicella et semper nutrita cum inclita domina Eschiva uxore dicti domini infantis, esset ordinatum quod fieret festum et convivium in die celebrationis matrimonii ipsius, in domo dicti domini infantis, propter honorem ipsius et ejus consortis, dictus dominus rex iuhibuit et mandavit patri ipsius domicelle quod non esset ausus tenere dictum festum in domo dicti domini infantis; quod si faceret, malum veniret sibi. Et hoc fecit predictus dominus rex in opprobium ipsius domini infantis, quamvis sit consuetudo in terra ista facere festum pro domicellabus in domibus ubi degunt et sunt nutrita.

xiiij. Item anno quo supra, quando dictus dominus infans comedebat cum dicto domino rege et consueverat habere scutifferos ad servendum sibi, ut moris est ubique, accidit semel in prandio prandentibus ibi cum rege, dictus dominus rex fecit precepti per marescallum quod nullus de familia sua amodo serviret ipsi domino infanti, presente rege, licet tunc episcopus Famagoste et multi milites, qui comedebant tunc ibidem cum domino rege, haberent suos scutiffes.

(1) La Comtesse de Jaffa, veuve de Fernand 1.^{er} de Majorque.

(2) Charmes, sortilèges.

(3) Dans le sens de *recesserunt*.

ros ad serviendum eis. Ecce prerogativam quam sibi faciebat pre aliis.

xv. Item anno quo supra, in festo beati Johannis Bapliste, presente dicto domino infante et stante coram rege humiliter, infra aulam suam castris sui civitatis Nicossie, multis etiam presentibus ibidem audientibus, pluribus verbis injuriosis, contumeliosis et inhonestis, sine ulla occasione ipsum dominum infantem ironice vituperavit et deshonestavit; illud idem dominam comitissam Jaffensem ejus matrem et totum genus suum. Et etiam dicebat inter alia vituperia antedicta quod, quosciscumque vellet, ipse abstuleret sibi uxorem suam et dimitteret ipsum ibi sicut canem.

xvj. Item anno qua supra, xv. die menses Novembris, migravit ad Dominum quidam filius dicti domini regis parvus, vocatus Thomacinus. Et idcirco ipse dominus infans et ejus consors iverunt ad castrum, et postea associaverunt dominam reginam usque ad Predicadores (1). Et factis exsequiis dicti pueri, idem dominus rex ivit ad domum marescalli, et ipse dominus infans cum eo. Et ipso existente ibidem coram eo humiliter, dictus dominus rex, subito motus ad iram contra ipsum dominum infantem, posuit manum suam in gladio suo et volebat contra ipsum irruere, nisi marescallus predictus interposuisset se et amplexatus fuisset ipsum dominam regem.

xvij. Item anno quo supra, in Adventu Domini nostri Jhesu Christi, dictus dominus infans ivit ad quoddam casale vocatum Menico (2), ad faciendum homagium dicto domino regi; ubi fuit sic ordinatum quod si ipse portaret aliquod gladium, quod iste interficeretur confestim cum tota sua familia. Sed, Deo permittente, nullum gladium portaverat, et sic fuerunt liberati de ipsis. Et facto homagio, immediate sumpto prandio recessit cum tota ejus familia (3).

xviii. Anno quo supra quomodo frequenter dixerat palam quod ex hoc venerat ipse dominus infans huc propter necessitatem et quia non habebat de quo sustentaret, et quod dominus frater suus (4) et alii parentes et amici sui, sicut attediati de ipso, dederant sibi licentiam veniendi huc; et si in longiore loco po[tui]ssent ipsum

(1) Le couvent royal de Saint Dominique, détruit au xvie siècle.

(2) Menikou, dans le Morpho.

(3) La rubrique de ce paragraphe est ainsi: «Super cisma perpetrata in loco de Menico contra ipsum dominum infantem.»

(4) Le roi de Majorque, don Jayme II.

mittere, misissent ipsum, cum agravarentur de ipso; dicendo semper de ipso domino infante et de genere suo multa opprobria et vituperia absque causa. Quare ex ista causa erat ipse dominus infans vilipensus et dejectus per barones et milites de terra.

xix. Item anno quo supra, dictus dominus rex frequenter dixit palam et publice multis audientibus, quod ipse dominus infans habebat aliam uxorem, ex qua filia sua, uxor dicti domini infantis, erat meretrix, et filia ipsorum per consequens erat spuria. Et ecce quomodo timebat vituperium proprium, ut posset ipsum dominum infantem vituperare et injuriare.

xx. Item anno quo supra, diverso modo, propter ipsum dominum infantem, dictus dominus rex ducebat malam voluntatem dicto domino comiti Jaffensi, et plura opprobria sibi faciendo et vexando eundem dictum comitem.

LA NOSTRA

ARQUEOLOGÍA LITERARIA

COMENTARIS Y NOTES BIBLIOGRÁFIQUES

II

La novella cátedra de Literatura catalana
y les vuyt conferencies del Dr. Rubió, a l'Ateneu,
sobre la nostra Historia literaria

MOMENTS després d'haver donada la conferència, estant encara dins el saló d'actes del *Ateneu Barcelonès* y mentres rebia immerescudes felicitacions que no podien inspirarse sino en la més amistosa benvolença o en la simpatia que hagués conseguit despertar entre'ls catalanistes concurrents la materia tractada; se'm acostà un jove, al qual no tenia'l gust de conèixer personalment, y estrenyentme la mà, va dirme ab accent entusiasta y expressiu:

—Com a resposta a la alusió que vostè ha feta als *Estudis Universitaris Catalans*, dels qu'en soch secretari, tinch la satisfacció de participarli que desde'l curs vinent hi quedarà oberta la cátedra de *Literatura Catalana*, pera la qual està ja designat y elegit D. Antoni Rubió y Lluch.

—Mil enhorabones! (li vaig respondre) tant per l'acort d'inaugurar la novella cátedra, com per la acertada elecció del catedràtic, que'm sembla immillorable.

Ab aqueixa agradosa avinentesa vaig fer la coeixença personal del distingit Sr. D. Carles Francisco y Maymó, secretari dels «Estudis Universitaris catalans.»

Poch temps després, tenia'l pler de veure confirmada tal noticia, llegint a la revista d'educació nacional, UNIVERSITAT CATALANA, que a Barcelona's publica mensualment, un bell article del sudit secretari, ahont, baix del titol de *Fi de curs*, feya entre altres interessants consideracions, les que aqui textualment segueixen:

«Els que, complimentant un acord del Congrés Universitari Català, fundàrem l'institució que s'anomena *Estudis Universitaris Catalans*, no podem pas estar descontents.

«Al començar la segona quinzena d'octubre inauguràrem les nostres tasques, instaurant tot seguit les dugues càtedres que de tant temps ençà demanava Catalunya inutilment a l'Estat: la de *Dret Civil català* i la d'*Historia de Catalunya*.—Per fi (poguerem dir) tindrà la nostra pàtria càtedres en les quals per dret propi siguin objecte d'ensenyança les nostres institucions jurídiques, tan bescantades pe'ls que no les coneixen o no poden capir llur esperit de llibertat civil, i les gestes del nostre poble en l'ordre politic, intel·lectual, etc., sense postijos, omissions premeditades ni disfrecs a que tan aficionats se mostraren sempre'ls historiadors oficials.

«Més endavant ens vegérem am cor pera instituir una nova ensenyança, i ens decidirem per la de *l'Economia social i Política aranzelaria*, tenint en compte la necessitat que té Catalunya de que'ls seus fills estiguin capacitats pera senyalar i imposar una orientació econòmica que salvi avui els seus interessos industrials i sigui base de la seua prosperitat en l'esdevenir.

«Amb el funcionament simultani d'aquestes tres càtedres havem volgut demostrar que no'ns proposavem establir tant solament un curs d'estudis especulatiu escullit amb un criteri més o menys exclusivament patriotic, ni instalar una escola tècnica, aon fossin exposats purament aquells coneixements que tenen una aplicació pràctica i utilitaria immediata, sinó una entitat que impulsés amb el major esforç que sia possible l'avenç de la cultura integral de Catalunya.

«Havem volgut posar la primera pedra de l'Universitat catalana.

«I, com deiem al començar, no podem pas estar descontents dels resultats. Els alumnes d'Historia de Catalunya han redactat monografies molt interessants, han visitat arxius i museus, han fet

treballs de paleografia que seran molt útils, i han vist i estudiat notables monuments historics. Els de Dret Civil català s'han familiarisat amb el maneig dels textos legals, han comprés l'esperit de les nostres institucions escrites i consuetudinaries, han fet practica de redacció de documents, han investigat per compte propi, han traduït cossos legals escrits en llatí i han escrit també un bon numero de monografies no menys interessants que les d'Historia. Per fi, els d'Economia social i Política aranzelaria han vesllumat la manera de fer-se riques les nacions, han fet coeixença am les institucions econòmiques que son els nirvis del poble, *han vist l'aranzel* i han estudiat i escrit sobre'l credit popular, les qüestions monetaries i l'ensenyança tècnica a l'extranger.

«No tenim la pretensió de creure que de les nostres càtedres n'hagin sortit historiadors, juriconsults o economistes; pero creiem que n'han sortit deixebles capaços d'orientarse amb relativa facilitat, quan se tracti de quelcom que's refereixi a l'Historia, el dret o la constitució econòmica de Catalunya. ¿No es aquesta, per ventura, la missió de l'ensenyança universitaria?...

«Donem per ben empleats els cabals que esmersem en l'obra dels Estudis Universitaris Catalans. El nombre dels nostres socis adherits va augmentant, però tot se necessita pera sostenir les nostres càtedres.

«El curs que ve, si a Deu plau, unirem a les tres d'enguany una nova càtedra, la de Literatura Catalana. Animant-nos aquest proposit, no havem tingut espera, i l'Antoni Rubió i Lluch ha ofert als catalans els fruits primerencs d'aital ensenyança. Les conferencies que pe'l nostre encarrec ha donat aquell erudit professor són bella mostra de lo que ha d'esser la càtedra novella i constitueixen la nota més brillant del nostre fi de curs.»

Les conferencies a que aludia En Francisco y Maymó, son les que sobre *Literatura històrica de Catalunya* donà'l Dr. Rubió, a l'Ateneu Barcelonès, desde'l 11 de Juny fins a mitjan Juliol, en nombre de vuyt, y que per son vastissim plà y abundosa materia, bé's pot dir que engloben tot un curs y un programa complet de la nostra Historia literaria, trassat ja d'abans, p'el meteix conferenciant, en el seu metòdich y lluminós *Sumario de la Historia de la Literatura Española*, publicat en 1901.

Basta per aixó posar esment y considerar els temes d'aqueix ramell de vuyt conferencies, que foren els sigüents:

- I.—Concepte y determinació del nom y contingut de la Literatura catalana.
- II.—Elaboració orgànica y personalitat de la Literatura catalana.
- III.—Successió de les literatures mitj-evals y filiació de la catalana.—I. Influències internes: llatí-eclesiàstica, provensal, oriental.
- IV.—Successió de les literatures mitj-evals y filiació de la catalana.—II. Influències externes: francesa, italiana, castellana.
- V.—Influències catalanes en la Literatura castellana dels sigles XIV, XV y XVI.
- VI.—Predomini de les lletres castellanques a Espanya. Comparació entre la decadència literària de Catalunya y la de Portugal.
- VII.—Èpoques històriques de la Literatura catalana: I. Època nacional. II. L'edat d'or.
- VIII.—Èpoques històriques de la Literatura catalana (*conclusió*): III. La decadència.—IV. La renaixença.

No hi há que dir, en obsequi a la veritat, sinó que aquelles vuyt conferències del Dr. Rubió a l'Ateneu, constituïren un assenyalat *succés*, memorable y notabilíssim, y marcaren el començament d'una nova etapa dins el procés de la cultura literària de Catalunya.

Ja hi quedava així consignat y s'hi reflectia tota la bona impressió que les conferències produïren, en la part més il·lustrada de la premsa barcelonense. A cadascuna li dedicà *La Veu de Catalunya* en primera plana una ressenya tan extensa com merexien. Y en les columnes de la *Il·lustració Catalana*, la brillant ploma crítica d'En Miquel S. Oliver, tot consignat que la impressió causada pe'l conferenciant havia resultat vertaderament fonda y espontània, escrivia entre altres aquestes substancioses apreciacions:

«El notable catedràtic reuneix les condicions més favorables pera portar a terme la tasca empressa ab tant d'entusiasme com desinterés y aplicació. No's tracta d'una matèria quin coneixement pugui l'autor improvisar-se'l ab l'ajuda de prontuaris y enciclopedies. El talent més gran y les facultats d'estudi y adquisició d'idees, per emponents y portentoses que resultin, no basten a suplir aquella inconfonible seguretat y solidesa de les coses apreses y adquirides per procés natural y orgànic, d'iniciació lenta, de filtració capilar, d'observació infatigable y perllongada.

«Sols d'aquesta manera obtenen els coneixements aquell equilibri y sistematizació que converteix en ciència orgànica y articulada el munt dels datos, dels fets y de les observacions inconexes; sols d'aquesta manera s'estableix el vincle de unitat y la misteriosa vibració vital que separa una disciplina autònoma d'un catàlech de proposicions o d'un recull de experiències; sols d'aquesta manera la substància o contingut del coneixement se transforma y anima y alcanza l'individualització, la fesomia, la personalitat pròpies de la vida.

«Això es lo que reuneix, precisament, En Rubió y Lluç. Fins ara haviam vist estudis de literatura catalana: monografies, contribucions, punts de vista parcials, resums més o menys sintètics; pero no haviam alcansat a entreveure *la* Literatura catalana, com a objecte y matèria vivent y delimitada d'un estudi sòlit y complet.

«Ab lo que li havem sentit al Dr. Rubió y Lluç y ab son excelent *Sumari* o programa de literatures espanyoles, hi trobem una gran promesa, una sugestió poderosa, qu'es el millor estat d'esperit y la preparació més envejable pera comensar una ensenyansa. Conseguir despertar, per modo natural y poderós l'interés y'l desitj d'investigació, fer florir la hipòtesis en el cervell dels deixebles, es donar a la ciència la virtut, que sempre deuria adornarla, d'un principi eternament actiu; y no'l de cosa passiva y oïosa que passa d'un enteniment a un altre, com de un pot a un altre pot. Tant com van succehintse les explicacions y com més se rellegeixen els esquemes de les lliçons futures, més s'esforça un en obtenir y imaginar la visió total. Aixís com els torrellons y pinacles de la «Sagrada Família» y'ls archs a mitj bastir y les voltes que just arrencan produheixen aquella impressió particular de promesa esplèndida, de cosa futura, de bellesa a venir;... axí també, sobre lo conegut, un sospita y entreveu lo ignorat, y una estranya pruitja l'empeny a imaginar el conjunt.

«Ademés d'axò, el Dr. Rubió y Lluç posseheix aquella preparació necessaria, no sols pera conèixer la cosa en si mateixa, sinó pera relacionarla ab tota la serie de coneixements universals ab que s'enllassa; y no está mancat ni de la *simpatia*, clau de tota investigació, ni de la *neutralitat* y serenitat d'esperit que son indispensables a la ciència pera que no's convertesca en panegirich o en diatriba, es a dir, en polèmica y en passió.»

«No s'ha reduït a la tasca d'una investigació freda, literaria y sense colorit. No rebutja l'estil; no prescindeix del sentiment ni de la forma estètica en ses explicacions; no sent la febre de la troballa per la troballa, ni la pruitja del dato pel dato mateix. No es la seva una erudició prosaica, desorientada y sense clar-oscure. Tot lo contrari: la clau de tota labor històrica la té, en darrer terme, la imaginació. La imaginació s'aprofita de la primera materia, de les investigacions, de les troballes y dels datos, pera reconstruir l'edifici enrunat. Escorcolla y tria en les osses antidiluvianes els ossos disgregats, pera ajuntar la carcassa dels grans sauris primitius. Aqueixa es l'obra del vertader talent històric y la fruïció de la vertadera critica. L'erudició vulgar limita'l seu treball a arreplegar els restes de les coses passades y posarlos dins la vitrina dels museus.

«¡Ab quin seny el Dr. Rubió ens ha fet veure l'aparició de la literatura catalana entre les noullatines, les influències rebudes de la literatura llati-eclesiàstica y de la provensal, de la francesa, de la castellana y de la italiana y, ensemps, les influències que sobre les tres darreres va exercir! Tot ha quedat vivent y de relleu en la memoria dels auditors; tot queda clar y delimitat com en un dibuix panoràmic, pres desde un punt de vista elevat y ben escullit.»

No satisfet encara ab això, y donant mostra evident y clara de penetrar tot l'alcanç y la transcendència d'aquella labor preliminar que tan lluidament acabava de dur a cap el Dr. Rubió, recapitolava n'Oliver pochs dies després, en les planes del *Diario de Barcelona*, les consideracions crítiques fetes abans, y n'hi afegia d'altres igualment justes y lluminoses, dient:

